

Wf  
177





F. 24. 23







# SCHOLASTICI MODERAMINIS MUTATIONEM,

in

illustris Palæopyrgici

primario Acroaterio

III. Non. Septembr. M DC XCI.

solemniter peragendam,

ut

Eminentissimi urbis Proceres cum erudi-  
tis omnibus

præsentia sua

reddant celebriorem,

qua par est modestia

rogitat

M. JOH. Müller / Altenburg. Lycei hætenus Rector,  
jam Ecclesiæ Diaconus.

*Altenburgi literis Richterianis.*

*De Friderico Altenburgi Dominis.*





**A** B eo tempore, quo *Altenburgum* Misniæ  
 Marchionibus parere coepit, in octodecim Principum  
 numero septem coluit *FRIDERICI* insignitos nomi-  
 ne, virtute magna commendabiles. Singulorum ima-  
 gines, cum multis aliis rebus memoria dignis, artificii  
 manu in argenteo expressæ sunt poculo, quod *Patriæ*  
*Patri desideratissimo*, post superata viarum morborumque discrimina su-  
 periori anno LXXXIX. huc venienti, *Nobilissimus reipubl. nostra Sena-*  
*tus* in fidei sempiternæ testimonium obtulit. Primus illorum fuit  
*FRIDERICUS*, Alberti Degeneris, Turingiæ Landgravii filius; a  
 morfu, quo mater Margareta, mariti libidinosi insidias effugiens,  
 dexteram ejus malam ex amoris materni vehementia impetiit, *Admor-*  
*sus*, ab invicti autem animi, in omnibus periculis robore *Fortis* cogno-  
 minatus; Qui anno MCCCHX. *Altenburgum* (ubi antea, mensæ  
 cum Adolpho Cæsare accumbens, sicarii ab hoc subornati ictum  
 sceleratissimum civis alicujus fide feliciter (a) evitaverat) una cum  
 Chemnicio & Zuicca in detrimentorum bellicorum compensationem  
 sui juris (β) fecit, patriæ libertatis assertor constantissimus & omni ju-  
 stitiæ, magnanimitatis prudentiæque fama celeberrimus. Hunc exce-  
 pit filius *FRIDERICUS*, a corporis exilitate *Macer*, morum vero  
 gravitate *Gravis* appellatus; quem post Ludovici IV. Imp. Soceri o-  
 bitum nonnulli Electorum designarunt (γ) Cæsarem; sed tantum onus  
 propter valetudinem suscipere noluit. Tertius *FRIDERICUS* fuit  
 præcedentis filius, cui imperterriti animi multis in rebus ostensa ma-  
 gnitudo *Strenui* cognomen peperit. Hujus successor fuit filius *FRI-*  
*DERICUS*, ob bellorum copiam, quibus ab adolescentia sua pecto-  
 re masculo aut interfuit aut præfuit, *Bellicosi* titulo maectatus; qui, si-  
 ne hæredibus mortuo Alberto Saxoniæ Duce & Electore, a Sigis-  
 mundo Cæsare propter multa in suos populos merita, spectatam in-  
 tegræ fidei animique magnitudinem Saxoniæ Ducis & Imperii  
 Archimarescalli titulum, cum potentate Romanum creandi Imperatorem  
 primus ex sua familia (δ) accepit. Hic ex se natum reliquit *FRI-*  
*DERICUM*, cui, rerum gestarum multitudine summe conspicuo,  
 incredibilis clementiæ gloria *Placidi* asseruit encomium. Sextus fuit  
 Placidi ex Ernesto filio nepos, *FRIDERICUS Sapiens*, qui, defun-  
 cto Imp. Maximiliano I., Cæsaris dignitatem unanimi Electorum suf-  
 fragio ad se delatam suscipere recusans, sua effecit auctoritate, ut Ma-  
 ximiliani nepos Carolus Imperio præficeretur. Novissimus cheu  
 fuit *FRIDERICUS, Ernesti Pii Filius*, patriæ Pater indulgentissimus,  
 cujus mors celerrima in ingentem luctum nuper nos coniecit. Illi in  
 laudato antea scypho Amplissimi reipubl. nostræ Patres cognomen-  
 tum *Gloriosi* tribuerunt. Neque id injuria. Quicquid enim in hoc incly-  
 to Principe attendatur, immortalis gloria est dignissimum. Principes  
 alias laudaturi etiam corporum dotes magnis efferunt præconiis. Pe-  
 culiare illis (ε) Horarum suarum caput, ut ceteros silentio præteream,  
 consecravit Camerarius. Tales si quis recensere cuperet, quanta de  
*FRIDERICO* nostro dicendorum multitudo nasceretur? Quis e-  
 nim in eo non admiratus est heroicam totius corporis speciem? Quem  
 non tenuit, si non eximia, decentissima tamen illius proceritas & in-  
 signis capitis honor? Quis non extulit vivida oculorum lumina &  
 regiam oris dignitatem, totamque faciem sic ex amabili quadam ve-  
 nustate pariter & majestate temperatam, ut neque gratia reverenti-  
 am, neque dignitas gratiæ officia minuerit? Talis certe oris ha-  
 bitus in eo eluxit, qualem & hostes formidare & vereri debuerint im-  
 pro-

(a) v. *Fabric.*  
*Orig. Saxon.*  
*lib. IV. f. 614.*  
 cujus pericu-  
 li imaginem  
 representat  
 laudatum an-  
 tea poculum.  
 (β) *Fabric. l.*  
*c. f. 628.*  
 (γ) *Fabric. l.*  
*c. f. 654. &*  
*609.*

(δ) *Fabric. l.*  
*c. l. VII. f. 696.*

(ε) *Cent. III,*  
*N. S. Cap. XXI*



probi, boni autem non potuerint non amare. Istiusmodi figuram Achilli tribuit Homerus; *Aeneæ* Virgilius. Talem Africano affingunt historiae, quam sic augustam fuisse retulerunt, ut nihil amabilius, sic rursus amabilem, ut nihil augustius. Longe autem excellentior anima in compositissimo illo corpore sedem habuit. Quæ de paulo ante laudato *Friderico Sapiente* prædicantur, quod (2) *acumen ingenii eximium discendis literis excoluerit, bonarum artium fautor munificus*; illis (2) *Fabric. l. c. lib. VIII. f. 2.* a prima pueritia noster enituit. Ea profecto fuit ingenii felicitate, ut nullis non rebus, unde laudis proficiscitur immortalitas, apparuerit idoneus. Quæ alacritate optimas imbibit literas? Quam se illarum cognitione reddidit admirabilem? Quæ celeritate heroicorum studiorum domi forisque sibi comparavit peritiam? Optima quæque profecto de futuro tanti Principis regimine quilibet sibi est pollicitus. Multi primæ ætatis pulcritudinem sequentis vitæ sceleribus non parum contaminarunt. Sed nostri virtutes, quibus puer atque adolescens exsplenduit, maturioris vitæ bonitatem certissimo declaraverunt præfatio; non secus ut adamas in ipsis scintillat incunabulis; vel aurora diei venientis est prænuncia; aut floridi veris amœnitas fecundæ ætatis & autumnii fertilis est præludium. Publicæ salutis fuit cupidissimus, non ignarus, illa collapsa, privatam non posse consistere. Isti ut consuleret, omnes sustinuit vigilias, perpetuis gaudens laboribus. Quod alii defatigationes molestiasque nominant, ipsius naturæ fuit acceptissimum; quæ, ut cœlum indefessa rotatur vertigine, ut sol diei pater minime potest quiescere, ita jugi agitatione continuatisque negotiis & tanquam in orbe quodam in se redeuntibus ad augustæ gloriæ curram properavit. Sanctissimum patriæ patris nomen non omnibus Principibus, multisque non nisi per assentationem est delatum. Nostro autem non in arcubus aut colossis, sed in animis expresserunt subdiri, felices se judicantes, quod divino munere talem acceperint Principem, quo meliorum neque iurragiis deligere neque votis exoptare potuissent. Quippe qui tam comis, ut cuius ad eum patuerit aditus; tam benignus, ut neminem a se tristem dimiserit; tam munificus, ut omnes ab eo recte factorum præmia & speraverint & tulerint; tam incorruptus, ut eum sibi amicum improbi expectare non potuerint. Imprimis nostra urbs sub illius imperio singulari usa est felicitate. Plurima quidem debet *FRIDERICIS* sex prioribus; quæ in citato poculo ita exponuntur, quod *Admorsus Altenburgum sibi vindicaverit, Gravis conservaverit, Srenuus ornaverit, Bellicosus ampliaverit, Placidus reparaverit, Sapiens ditaverit*; Non minora tamen nostro *FRIDERICO* accepta referre debet beneficia. In *Friderici Sapientis* tempora mutatio potissimum religionis & emendatio doctrinæ ab erroribus Papistarum incidit. Voluit enim *DEUS OPT.* præter alia ornamenta, potentiam, generis antiquitatem, divitias, hunc etiam honorem domui Saxonice exhibere, ut in illius terris salutaris doctrina incrementa sumeret. Eiusdem fidei sanctitas sub *FRIDERICI* nostri regimine, quæ *DEI* est benignitas, inviolata nobis perstitit. Nihil *Friderico Admorsio* fuit antiquius, quam sublevare hominum inopiam. Ideo magnum frumenti numerum importans curavit, ut sererentur agri; locupletibus etiam mandavit, ut triticum distribuerent pro suis quisque facultatibus in villicos & agricolas omni copia (7) exhaustos. Simili munificentia *Fridericum Sapientem* adjuvisse suorum penuriam, fide dignæ (8) testantur historia. Quid de nostro asseram? Eodem certe affectu complexus est, quoscunque fortis adversæ inclementia in miserorum redegit ordinem. Quin & (9) *Fabric. lib. VIII. l. c. ta f. 19. 66.* major sub illo quam sub ceteris *Fridericis Altenburgo* fuit tranquillitas.



(i) *Fabric. l.*  
*e. lib. VII. f.*  
743.

ta bellorum rabies istorum temporibus fit tumultuata, Annalium amafis est perspectum. Ex quibus sine dolore nemo reminiscitur, in quantas angustias barbara Hussitarum crudelitas sub *Friderico Placido* hanc urbem<sup>(i)</sup> conjecerit. Ut taceam, juventutis Principes, *Ernestum atque Albertum*, ejusdem filios, a plagiario *Kauffungio* sociisque ejus perditissimis non multo post ex hac aula turpiter fuisse raptos. In nostri autem *FRIDERICI* regimen omnia NUMINIS supremi bonitas contulit, quæ mirifica lætitiæ voluptate singulos permulcere possunt. Alibi locorum hæcenus Bellonæ furoribus omnia interierunt; miseri senes in luctum præcipitati; orbata infantia patribus; uxores spoliatae maritis; vastati agri; exusti vici; destructa templa; subversa oppida; direpta domus, & optimi cujusque fortunæ ad sceleratissimos traductæ latrones; in juris locum vis successit, cum inter arma leges aut fileant; aut si salutaria loquantur, ob telorum strepitum nequeant exaudiri; sacris profanatis, DEI cultus plane neglectus; Musæ fuerunt ludibrio. Quis enim illis locus in fremitu militum, clangore tubarum, crepitu cornuum, infano tympanorum strepitu, fragore telorum, tam horrendo saxorum volantium tonitru, quo feræ quoque, & pisces & aves, relictis nativis sedibus, alio procul velut exulatum demigrare solent? Sed sub nostro Principe mira nobis obtigit tranquillitas; caluere artes; honesta florere studia; viguit legum reverentia; augmenta cepit religio; enituit morum disciplina; creverunt opes; domibusque mansit integritas. Adeoque optimi Principis nostri præconia potius festivis & panegyricis carminibus, quam tristibus tragædiis, amabili magis lyra quam horribili tuba ad posteros debemus transmittere. Neque immerito imagini ejus in sæpius dicto poculo adjecerunt Patres Amplissimi, quod, *Gloriosi* celebrandus titulo, *Altenburgum illustraverit PIETATE, PRUDENTIA, JUSTITIA*, quæ tria Symboli loco coluit. Ut autem grati animi monumentum *GLORIOSO* huic *FRIDERICO* statuam, *optimi cum Principis sua pietate, prudentia, justitia fuisse exemplum*, cras *Dei didovi* audita II. pomeridiana, quoad virium mearum patietur imbecillitas, disseram, in simul illustris Lycei hujus moderamen, volente sic NUMINIS providentia, deponiturus Quo facto, Vir Summe Reverendus, Magnificus atque Excellentissimus, *DN. HENRICUS MATTHIAS a BROKE*, SS. Th. Doctor celeberrimus, per Ducatum hunc Superintendens Generalis, Aulici Templi Concionator Primarius & Hagio *oymedii* A *Stasoe* Colendissimus, *expositio, quantum DEI bonitas Scholæ moderator sit beneficium*, pro ea, quæ pollet, auctoritate, Virum Præcellentem atque Præclarissimum, *DN. M. SAMUELEM GROSSER*, Olsna-Silesium, Senatoriæ hæcenus Scholæ ap. Lipsienses ad D. Nicolai ConR. dexterimum, nostræ Rectorem solemniter renunciabit. Qui tam legitime vocationi ut obtemperet, statim conscendet cathedram, & boni ominis ergo *SERENISSIMIS PRINCIPIBUS*, ad quos *D. FRIDERICI Testamento Serenissimi Principis, paternarum virtutum & ditionum Heredis tutela transit, de suscepta terrarum administratione gratulabitur*, eorum non immemor, quæ officii ratio illis jubebit addere. Eminentissimos itaque urbis Præceres, ceterosque, qui Scholasticæ rei studia patrociniis & benevolentia laudabiliter complecti solent, decenter obsecro, ut panegyri huic interesse ne dedignentur. Eo autem frequentiores eos ad futuros esse spero, quo augustior est rei exponendæ materia, & quo excellentior Oratoris medio dicturi loco facundia. NUMEN autem supplicibus veneror suspiriis, ut felicitatem, quam sub *FRIDERICI GLORIOSI* umbra urbs nostra habuit, etiam sub *SERENISSIMORUM TUTORUM* imperio conservet incolumem, *PRINCIPEMQUE* juventutis, paterni & nominis & regiminis Hæredem, salva *Matre Serenissima, Fratre Sororibusque Serenissimis* florentibus, & vigente *universa Domo Saxonica Serenissima*, iis concederet bonis, quæ illi aliquando primas in *FRIDERICORUM* patriæ Patrum commemoratione laudes vindicare queant, Dab. Altenb.  
II. Sept. MDCXCI.





ULB Halle 3  
004 969 030

VD 77









A

Bo tempore, quo *Altenburgum* Misniae Marchionibus parere coepit, in octodecim Principum numero septem coluit *FRIDERICI* insignitos nomine, virtute magna commendabiles. Singulorum imagines, cum multis aliis rebus memoria dignis, artificii manu in argenteo expressae sunt poculo, quod *Patrie*

*Patri desideratissimo*, post superata viarum morborumque discrimina superioris anno LXX

ius in fidei sempit

*FRIDERICUS*,

morsu, quo mat

dexteram ejus ma

su, ab invicti aute

minatus; Qui an

cum Adolpho Cae

sceleratissimum ci

Chemnicio & Zui

sui juris (β) fecit,

stitiae, magnanimi

pit filius *FRIDE*

gravitate *Gravis* app

bitum nonnulli Ele

propter valetudine

praecedentis filius,

gnitudo *Strenui* cog

*DERICUS*, ob be

re masculino aut inte

ne haeredibus mor

mundo Caesare pro

tegritatem, fidem

Archimarescalli titu

primus ex sua fam

*DERICUM*, cui

incredibilis clemen

Placidi ex Ernesto

cto Imp. Maximilia

fragio ad se delata

ximiliani nepos Ca

fuit *FRIDERIC*

cujus mors celerrim

laudato antea scyp

tum *Gloriosi* tribueru

to Principe attenda

alias laudaturi etia

culiare illis (ε) Hor

consecravit Game

*FRIDERICO* no


nim in eo non ad

non tenuit, si non

signis capitis hono

regiam oris dignitatem, totamque faciem sic ex amabili quadam venustate pariter & majestate temperatam, ut neque gratia reverentiam, neque dignitas gratiae officia minuerit? Talis certe oris habitus in eo eluxit, qualem & hostes formidare & vereri debuerint im-

pro-



(α) v. *Fabric.* *Orig. Saxon.* lib IV. f. 614. *cujus periculi imaginem representat laudatum antea poculum.*  
(β) *Fabric.* l. c. f. 628.  
(γ) *Fabric.* l. c. f. 654. & 609.

(δ) *Fabric.* l. c. l. VII. f. 696.

(ε) *Cent. III.* *N.S. Cap. XLI*

*reipubl. nostra Sena-*  
rimus illorum fuit  
andgravii filius; a  
insidias effugiens,  
a impetiit, *Admor-*  
bore *Fortis* cogno-  
ubi antea, mensae  
subornati ictum  
(averat) una cum  
compensationem  
simus & omni ju-  
mus. Hunc exce-  
cer, morum vero  
V. Imp. Soceri o-  
; sed tantum onus  
*FRIDERICUS* fuit  
rebus ostensa ma-  
or fuit filius *FR*  
escentia sua pecto-  
maetatus; qui, si-  
Electore, a Sigis-  
rita, spectatam in-  
ae Ducis & Imperii  
candi Imperatorem  
rum reliquit *FR*  
umme conspicuo,  
ium. Sextus fuit  
piens, qui, defun-  
mi Electorum suf-  
auctoritate, ut Ma-  
Novissimus cheu  
indulgentissimus,  
os coniecit. Illi in  
Patres cognomen-  
enim in hoc incly-  
imum. Principes  
int praconiis. Pe-  
silento praeteream,  
uperet, quanta de-  
eretur? Quis e-  
is speciem? Quem  
us proceritas & in-  
oculorum lumina &